

IIII

60

Franciscus Philelfus: Ryriaco
Anconitano: sal.

a D quintum idus Quintiles dedi ad te litteras: qui
bus suauissima tua ad me epistola responderam.
Miratus autē sum: quid postea nihil ad me scripse-
tis: praesertim cum scire admodum cuperem ut tum signi-
ficaram: ad quod tempus honerariae naues Bīcantiū essent
traiecturae. Num fortasse moleste tuleris: quod quae nomina
συμβέβησ και σμυρνη ου Δία του. σ. αλλα Δία του. ζ.
προ του. μ. scribenda affirmabas: nō ita scribēda esse ostē-
derim? Inhumane profecto faceres: si assentatorem Philel-
fum tuum: quē tibi amicum malles. Nam quod ait Terentia-
nus ille Sotia: hoc tempore obsequium amicos: ueritas odi-
um parit: habeat id quidem locū inter adolescentes & stul-
tos. Inter uiros autem & prudentis nihil ficti: nihil simulati
neque dicendum: nec sentiēdum censeo. Quod si aequae pru-
dentia ac eloquentia es praeditus: quid est: quod minus ue-
lis quā me aliud de te loqui: aliud sentire: & laudare aliud: p-
bare aliud. Id enim inani cuiuspiam gloriae tibi ascribendum
foret. Quod quidem crimen quā longissime abs te abesse nō
sum nescius. ΤΙΟΥΟΥ ΑΙΕΙ ΣΙΩΠΕΙΣ. Scribe obsecro quā primū
aliquid uel quibus malis characteribus. Nec me fructu dul-
cissima nostrae cōsuetudinis priuatum uelis. Vale cū meo
splēdidissimo Scalamonte. Ex Mediolano. iij. kal. Octo-
bres. M. cccc. xxxx.

Franciscus Philelfus Georgio Car-
recto iurecōsulto: sanitate.

n On possum te nō ingratitude accusare: quod rebus
meis tamdiu p uoluntate usus & liberalitatis mea
obliuiscaris & officij tui. Facis profecto inhumane:
Ac mihi iam stomachum mouere incipis. Nō em̄ puto aut
in legibus inuenisse te aut in alio quopiam iure id unī lice-
re tibi: quod nemini bono licet. Presta te oro: & bonū tan-
dem & gratum uirum. Vale. Ex Mediolano. iij. kal. Octo-
bres. M. cccc. xxxx.

Franciscus Philelfus: Francisco
barbauara: sal. dicit plurimā.

h iij